Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749142-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749142-p0002-3

No. VII.
MISCELLANEÆ THESES.

Quas
Occaſione Diſcurſuum publicorum
collectas,
SUB PRÆSIDIO
JOANN à SCHULTZ SZULECKI, JCT.
privato-publicæ diſquiſitioni ſubmittunt
Reſpondens
JOHANN JACOB WEGER.
& Opponentes
DD. STITZING ET de JESSEN.
d. 15. Februar. MDCCII.

Francofurti ad Viadrum,
Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749142-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749142-p0004-4

I.

Fidei commiſſum nullis etiam adhibitis teſtibus qvandoqve ſubſiſtere poteſt, non Naturali tantùm, ſed & Civili Jure. Modus tamen eruendi veritatem ultimæ voluntatis per fideicommiſſum diſponentis ſubſidiarius plerumqve eſt; Verùm tamen etiam ordinariâ Juris viâ hæres ad detegendam defuncti voluntatem ultimam obſtringi poteſt.

II.

Fideicommiſſa olim in fraudem Legis inventa defendi poſſunt tanqvam remedium iniqviorum temporum corrigendorum. Ipſorum Uſus Jure Civili melioribus temporibus probatus eſt, juſtâ etiam ex causâ. Sed ex alia mali majoris præcavendi vel boni promovendi ratione, fideicommiſſorum approbatio vel rejectio moribus noſtris defendi poteſt.

III.

Clauſula Codicillaris dicitur, ex communi Practicorum ſententiâ, ſanare omnes ſolennitatis defectus, in teſtamentis adhiberi ſolitos. Defectus verò hic in modo teſtamenti neglecto ſanari ſive ſuppleri poteſt, non verò in perſonis Teſtatoris vel heredis. Imo nec Princeps ipſe defectus naturales ſupplere poteſt.

IV.

Subſtitutio tàm vulgaris qvàm pupillaris ex Naturali & Gentium Jure primævo ita dicto defendi poteſt: Ex ſecundario verò & Civili optimè deduci poteſt, tanqvàm optimum inventum & publicis & privatis commodis conſulens.

V.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749142-p0005-0

V.

Rei â defuncto legatæ dominium & jus poſſidendi tranſit in Legatarium etiam ignarum teſtamenti, invito etiam hærede.

VI.

Hæres fidecommiſſo gravatus & Trebellianicam & legitimam deducere neqvit. Utriusq; deductionem concedit Jus Canonicum certò in caſu. Cujus deciſio tamen nec Juri Civili penitus eſt adverſa, nec facile ex Juribus N. & G. impugnari poteſt.

VII.

Poteſt tamen Pater prohibere, qvò minus filius detrahat Falcidiam aut Trebellianicam, ita ut teſtamentum validum nihilominus maneat. Hæc verò prohibitio extero hæredi facta multis ex cauſis impugnari poteſt.

VIII.

Non tantùm Codicilli, ſed etiam Teſtamenta qvandoqve ſine ulla ſolennitate nuda voluntate â Teſtatore infirmari poſſunt.

IX.

A nuda etiam Teſtatoris voluntate iterum vim ſuam certò in caſu recipere poſſunt.

X.

Haud rarò clauſulæ Codicillares in fine Teſtamenti adjectæ vim Teſtamenti magis deſtruunt, qvàm roborant. Qvò enim ſimplicior eſt teſtamenti formula eò ſecurior. Qvò eruditius verò excogitata, eo infirmior: ut ita non iniqve judicaverint qvidam. Je beſſer Juriſt je ärger Teſtament.

(o)

01 A 6541 f

ULB Halle 3
003 090 396

TA → OL

1018
VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749142-p0008-7

39

No. VII.

MISCELLANEÆ THESES.

Quas
Occaſione Diſcurſuum publicorum
collectas,
SUB PRÆSIDIO
JOANN à SCHULTZ
SZULECKI, JCT.
privato-publicæ diſquiſitioni ſubmittunt
Reſpondens
JOHANN JACOB WEGER,
& Opponentes
DD. STITZING ET de JESSEN.
d. 15. Februar. MDCCII.

Francofurti ad Viadrum,
Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749142-p0009-5